Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift



missam. Et inter manus utroque latere sustentatus
super altare apostolorum Petri et Pauli sacrificium in
ue hostie immolauit. ac uelut profecturus ad
dominum uerba sancti pauli que iam imminente eius
resolutione dicebat. queque et sue cause
optime congruebant. in eius festiuitate de
cantabat. Que ita se habent. Scio cui cre
didi. et certus sum. quia potens est depositum
m. s. in illum diem. i. i. Ista fuit eius ultima
celebratio misse. Quarto die ad uisendos
et commonendos fratres in capitulum uenit.
Quicquid autem actenus eos instituebat. hoc
cepit singillatim replicare et exhortari
ut de die in diem melius proficerent. in primis
feruore de continuo amore dei. de monastice re
ligionis. de obseruandia mutue dilec
tionis. de sectanda hospitalitate et cum
omni sollicitudine impendenda. de
diligentia elemosina et uoluntarie
eroganda. multaque his similia suade
bat. postea querelosa uoce intulit.
Unum fuit quod ualde me exacerbauit
et grauauit. quod lamentando deo et uo